UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 93. Papa Romanorum seditionem evasurus Florentiam secedit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66426

Visual Library

dem anni Eugenius Papa datis ad Baſileenſes Patres literis teſtatum fecit, ſe doloris ſenſum ob præteritas injurias conceptum penitus depoſuiſſe, ac lubenti, lætoque animo omnia ea, quæ circa celebrationem, ac Synodi continuationem indulſiſſet, confirmare, nil enim ſibi ſolemnius, quam *ipſos amare ut Filios, obſervare ut fratres, & in Benedictionibus dulcedinis unacum illis præcipua charitate conſtringi*, de cetero etiam de ipſis confido, quod pro ipſius Apoſtolicæ Sedis reverentia ſeſe fideles ac devotos erga eam gererent, Hujus confidentiæ ſignum ſe perſpexiſſe dicit, ex eo, quod Præſidentes ſuos affectu & opere ipſis conjunctos benigne receperint; Hinc enim tam ſeipſum, quam Sedem Apoſtolicam ſummo ſolatio affici teſtatur in graviſſimis illis anguſtiis, atque afflictionibus, quibus ipſe non ita pridem Romæ preſſus, & quarum cauſſa urbem deſerere coactus fuiſſet. Hæc ille in ſua Epiſtola Florentiis ad Synodum data. Quales vero fuerint Romanæ iſtæ turbæ, quæ Papam fugere compulerant, percipiamus.

Sæcul. XV.
A. C. 1434.

Labbe Conc. append. tom. 12 p 949. & ſeqq.

§. XCIII.

Papa Romanorum ſeditionem evaſurus Florentiam auffugit.

Philippus Mediolanenſium Dux de Pontifi-

Secul. XV.
A. C. 1434.

tifice vindictam ſumpturus, eoquod i
ipſo ad pacem rebus ſuis valde adve
ſam cum venetis ineundam quodammo
do compulſus fuiſſet, bellum in eu
movit, & immiſſo valido exercitu Fra
ciſco Sfortia, & Nicolao Fortebracio D
cibus, Campaniam Romanam prædati
nibus vaſtavit, ipſum quoque Eugeniu
ſi opportunitas tuliſſet, capturus. Veru
Pontifex medias inter adverſantis fort
næ, quibus jamjam abſorberi videbatu
procellas tranquillum induens animu
nequaquam Philippi copiis ſeſe oppoſu
Romani hac Pontificis ignavia commo
ac jam antehac a Columnenſium facti
ne, imo ab ipſomet Mediolanenſium D
ce inſtigati, adverſus Eugenium ſediti
nem movere, illumque capere decernu
Ante omnia ejus Magiſtratus expellu
eorumque loco ſeptem alios eligunt. F
neſta hæc rerum novitas vehement
Pontificem terruit; unde propriæ ſu
ſaluti conſulturus, Monachi habitum i
dutus clam fuga diſcrimini ſeſe ſubdu
Romanis illum magno numero inſeque
tibus, ægre admodum in navicula Tib
ris oram attingere poterat; vix appulſ
conſcenſa apud oſtiam triremi, primo P
ſas, inde Florentiam delatus eſt, ubi om
ni honorum genere exceptus in pervigil
Sancti Joannis Baptiſtæ adventavit e
demque tempore ad Synodum epiſtolam
cujus

cujus mox meminimus, ſcripſit. Romani interim Palatium Pontificis diripiunt, Franciſcum Condulmerium ipſius Nepotem, Cardinalem Venetum, & S. Romanæ Eccleſiæ Camerarium in vincula conjiciunt, caſtrumque S. Angeli obſidione cingunt. Quod tamen cum fruſtra quinque menſium ſpatio oppugnaſſent, tandem in obſequium Pontificis reverſi, Magiſtratus a Papa creatos priſtinis honoribus reſtituunt, ac denique pacem & concordiam utrinque revehunt. Fortebraccius a quodam gregario milite trucidatus occubuit, Sfortia vero Eccleſiæ Romanæ vexillifer, ac Piceni ſeu Anconæ Marchio non niſi ad dies vitæ declaratus eſt. Sæcul. XV. A. C. 1434.

§. XCIV.

Duo Cardinales a Synodo ad Papam ablegati.

Baſileenſes Patres de tam ſiniſtris Eugenii fatis, & de indignis adeo vexationibus edocti, ad eum Cardinales S. Crucis, & S. Petri ad vincula legatos deſtinant, qui die ſexta menſis Auguſti Baſilea abierunt. His negotium datum, ut pro viribus bellorum diſſidia componerent, Provincias, & civitates ad Eugenii Papæ, & Romanæ Eccleſiæ, a cujus fide defecerant, obſequium revocarent, ſimulque falſum illum rumorem diſſipa- *Sigonius in vita Nicol. Card. c. 14.*

 rent,